

Wessn diese beyde folgende ersilich offeriret / da die vor-  
hergehende schon abgedrucket gewesen / als hat man sie hie-  
selbstien sine præjudicio ordinis anhängen müssen.

---

Προσφώνησις  
Ad Virum

*Reverendum, doctissimum & longè humanissimum*

**Dn. M. ANTONIUM Heimreich**  
tractatum de gente Frisiorum

- apud Matinæ - more modoq; - grata carpentis thyma per laborem  
- plurimum, circa nemus, uvidiq; - Tiburis ripas -  
operosissimè collectum, literato orbi publicantem.

**N**ON sic APHTHONI potis est labor ille disertis,  
Quàm tuus, ANTONI, me retinere liber,  
Quem vix vel decies lectum, totiesq; relectum  
ê manibus potui seposuisse meis:

Sic juvat antiquos Herôas legibus, armis,  
Veste, in primævum te revocâsse solum,  
Quos Sycophantæo multis ore annumerare  
Filiolis terræ vilibus allubuit.


Sed vix nôsse suos post tot puto secla nepotes  
mutatos armis, legibus, ingenio:

Ut vix magnorum quisquam sit dignus avorùm,  
Extera si hæc spectes & genuina voces.

Ah fuimus Troës! fuit ardua FRISIA, tantis  
Quondam foeta viris, jam viduata viris.

Tantum terrarum est undarum mole sepultum.

Tantum hominum, quorum nunc tegit alga caput:



\*

Nc